HABAKUK,

VATES OLIM HEBRAEUS,

IMPRIMIS

IPSIUS HYMNUS

DENUO

ILLUSTRATUS.

Adjecta eſt verſio Theotiſca.



FRANCOFURTI ET LIPSIAE.

1777.

Digitized by Google

HABAKUK,
VATES OLIM HEBRAEUS,

IMPRIMIS

IPSIUS HYMNUS

DENUO

ILLUSTRATUS.

Adjecta eſt verſio Theotiſca.



FRANCOFURTI ET LIPSIAE.

1777.

Digitized by Google

Bayerische
Staatsbibliothek
München

Digitized by Google



HYMNI HABACUCI, VATIS OLIM HEBRAEI ILLUSTRATIO.

Novam aliquam carminis non ſatis accurate, ut ego quidem ſentio, hactenus a viris doctis tractati interpretationem allaturi, videamus age, ne noſtram hanc novae interpretationis audaciam mirentur lectores, quibus de cauſſis factum eſſe videatur, ut in errores plerumque delapſi ſint huius aliorumque carminum ſacrorum interpretes.

Primum totum Prophetam, aut, quodcunque aliud carmen ſibi ſumerent non ita lectitaſſe videntur, ut res tractatas temporumque conditionem ſatis clare ac perſpicue animo ſuo ſubjectas haberent atque praeformatas, ſed potius in ſingulis commatibus voculisque eruendis ita plerumque ſubſiſtunt, ut particula quaedam operoſe pertractata ſingulorum ſeries juncturaque plane ex animis eorum evanuerit, ac ſine omni phantasmatum, quibus poëta perculſus fuit, ſenſu inſtituta interpretatio non poſſit non quin frigeat.

Deinde interpretes ad interpretationem accedunt prius, quam ſaepiſſime lectitando poëtam ipſi hauſerunt quaſi, atque imbiberunt; aduocant ſtatim ſuum *Druſium*, *Grotium*, *Coccejum*, aliosque et Myſticos et bene *ſpirituales*, ſi Diis placet, interpretes. Unde, ut ſibi perſuadeant, unam certe earum opinionum eſſe admittendam: cum tamen fieri poſſit, ut nullus priorum interpretum locum, quem interpretati ſunt, rite intellexerit.

Tum

Tum interpretes ſacrorum potiſſimum libellorum plerumque non ſatis expendunt, ſibi rem eſſe cum ſcriptoribus ex aevo antiquiſſimo, ubi homines parum exculti et fere in cogitandi et ſubtiliter diſſerendi arte plane rudes, ubi eorum mores ac inſtituta, ingenia et opiniones, vivendi denique ratio multo aliter erant comparati, quam quidem haec omnia cultus noſtrae aetatis exquiſitior inſtituit. Enimvero eruditiores interpretes, etſi haec omnia ſciunt: tamen interpretando in uſum ſuum vertere, atque, quoties ipſi ſcriptorem veterem lectitant, ita ſemper recogitare, ut ad antiquiſſimi aevi genium componatur interpretatio, ſaepiſſime, negligunt.

Porro non penſitant plerumque illi interpretes, ſcriptores ſibi interpretandos eſſe, in quibus, propter incultam adhuc hominum argutandi vim, ſermo reperitur rudior, nullâ Grammatica arte politus, in quibus voces nondum Philoſophia quadam finitae ſunt et ſtabilitae: qua de cauſſa fit, ut propria vocum poteſtas quam maxime ſit ex

junctura cognoſcenda, ut dictiones inter ſe invicem non Grammatica quadam arte, ſed ad ſenſum tantummodo quam ſaepiſſime jungantur. Exempla vel ab optimis ac celebratiſſimis noſtrae etiam aetatis interpretibus, qui ad haec non reſpexere, repetere facile id poſſem, niſi hoc animi arrogantiam prae ſe ferre videretur.

Tandem potiſſimum cadit in multos, qui ſacrorum librorum carmina imprimis Prophetica interpretari ſolent, ut carminum apprime ſublimiorum rationem ac naturam neſcientes accedant ad haec antiquiſſima aetatis carmina explicanda. Unde exiſtit eiusmodi carminum ſacrorum tractatio, ut, ſi quis carmina, ut vocant, profana hac ratione exponat, interpres habeatur ineptiſſimus. Non aſſequi ideo poſſunt interpretes plerumque ſublimiora vatis ſacri phantasmata; non ſentiunt ſententiarum vocumque inverſiones ſaepius audaciores; non formam dictionum citra Grammatica praecepta aſſurgentium iuſto modo expedire valent; (imprimis ea; quae

quae multis temporibus poſt ad normam dialecti Arabicae ab hominibus priſci illius ſermonis admodum ignari conſuta ſunt —) non reſpiciunt argumentum ac rationem totius carminis, non, qua ratione ſententiae carminis inter ſe cohaereant, qua ratione ad finem usque procedant; non edocere valent lectorem, quid ad ſententiam ipſam, quid ad eius cultum atque ornatum pertineat.

Hae ſunt graviſſimae cauſſae, Lectores, quare ſacri prae ceteris libri eorumque potiſſimum carmina tam male ſolent explicari, et cur nobis in hoc ipſo carmine enarrando a via reliquorum veſtigiis hucusque trita recedendum videatur.

Equidem, dum aliorum veſtigia me terrent, omnem navabo operam, ut interpretandi periculum facturus tramite recto incedam, rei peritis judicium relinquens, ritene ac feliciter proceſſerit qualiscunque mea hac in re opera, nec ne. Judicia certe, quamvis ſen-

tentiae meae contraria, idoneis tamen rationibus confirmata, quam lubentiſſime accipiam, et in meum uſum convertam. Enimvero etiamſi paſſim me peccaſſe animadverterint lectores periti; facile, ſpero, juvenili aetati, cui nondum licuit, uni ſtudiorum generi multum temporis impendiſſe, diſtractiſſimo ſcilicet academico plurimarum diverſiſſimarumque rerum ſtudio juvenili animo; id, inquam, aetati tribuent, ut de omni qualicunque hac opera humaniter judicent. Quodcunque boni paſſim apud interpretes invenerim, ingenue declarabo: nonnunquam autem placita aliorum hoc conſilio commemorabo, ſive, ut contra illorum interpretationem veritatis ſpecie ſeſe in lectorum animos inſinuantem ſententiam meam defendam, ſive propter auctorum celebritatem et famam, quorum auctoritate multi, imprimis tirones, facile fallantur. At, priusquam ad propoſitum progredior, liceat mihi, quae pietas poſtulat, ut alias in coetu amicorum ſoleo, hic publice profiteri, nimirum, ſi quid ſit in me rite interpretandi

Digitized by Google

di facultatis, omne id me debere Viris nunquam ſatis colendis, Praeceptoribus Fautoribusque Optimis Summum Reverendo D. *Zachariae* et Illuſtri *Heynio*, quorum et praeceptis et uſu in rite interpretandis Graecorum et Hebraeorum libris priſcis quam optime profeciſſe, per aetatem mihi celebrandum eſt.

Jam rem ipſam exordiamur. Tempus, quo ſcripſit vates noſter, cum ex aliis hiſtoriae monumentis cognoſci non poſſit, videamus, an poſſimus ex ipſis oraculis colligere.

Prima libelli pars continet preces, quibus nomine nationis ſuae queritur coram Deo, rerum publicarum populi ſui conditionem eſſe corruptiſſimam, leges prorſus frigere, plebejos premi ab hominibus potentioribus, omnem juſtitiae curam peſſum ire. Precatur Deum, ut hanc populi calamitatem velit tollere, et potentiorum iniquitatem coercere. Haec fere hunc in modum Theo-

Digitized by Google

Theotiſco ſermone exprimi poſſent: (c. I, v. 2-4.)

2) Wie lang, o Jehova, bet' ich laut!
Nicht höreſt du!
Laut fleh' ich zu dir über Gewalt;
Keineswegeſ retteſt du!

3) Warum läßt du mich ſchauen die Fre-
vel,
Duldeſt Unterdrükung?
Gewalt, Erpreſſung geſchieht;
Es giebt Streit, Zwiſt erhebt ſich!

4) Drum ſinken die Geſeze;
Nicht geht es unpartheiiſch in der
Rechtspflege! . .
. . . Denn der Böſe preſſet den Schuld-
loſen.
Drum gehts in der Rechtspflege ver-
wirt!

Ad hanc precationem divino ſpiritu afflatus Propheta accipit oraculum, cuius argumentum praeter exſpectationem ſuam eo redit, ut omnimoda reipublicae everſione illa mala, de quibus queſtus erat vates, olim tollantur.

Fore

Fore nimirum, ut *Chaldaei*, quorum crudelitas, copiarum vis et fortitudo, nationum opprimendarum vehemens cupiditas, audacia et ſuperbia poëtico ornatu depingitur, rempublicam populi ſui evertant, quo facto, (quod autem per ſe ſatis patens ſubaudiendum eſt) violentia potentiorum populi ſui in plebejos ſponte deſinat.

Exinde veriſimiliter colligimus, vatem eo tempore vixiſſe, quo *Aſſyriorum* regnum non amplius floreret, res *Israëlitarum* publica ergo per illos iam everſa eſſet, tempore tandem, quo respublica *Judaica* domeſticis morbis laborans in interitum ſuum praeceps iam rueret. Etſi annos ipſos, quibus vixerit vates, accurate definire non valemus; tamen veriſimile videtur, eum non longe ante deductionem in *Babylonias* terras per Nabuchodonoſorem factam floruiſſe. Fortaſſis *Jeremiam* aequalem habuit. Quod quidem oraculum, cuius argumentum vati noſtro haud exſpectatum erat, vertendi periculum faciens ſic redderem: (v. 5-11.)

5.) Ha!

5.) Ha! Ihr Frevler, merkt auf, er-
ſtaunt! ſtaunt!
Denn Thaten thu ich zu eurer Zeit, (*)
Unglaublich in der Erzählung.

6.) Da! ich reiz' an die Chaldäer,
Ein Volk, ſchnell, ungeſtüm
Durchzeucht's die Reiche der Erde,
Erobert Wohnpläße, die nicht ſein
ſind.

7.) Furchtbar, ſchreklich theilt's Ent-
ſcheidungen, Machtſprüche aus.

8.) Raſcher als Parder ſind ſeine Roſſe,
Schneller, als Wölfe des Nachts.
Es breiten ſich aus ſeine Reuter,
Seine Reuter kommen fern her,
Fliegen, gleich Adler auf Aas zur
Speiſe.

9.) Ganz zum Unterdrüken kommt's,
Rich-

*) Non mihi ſatis probatur verſio cuius-
dam in *Bibliotheca Lemgovienſi* Critici,
quae ſic habet: "Denn in euren Tagen
geſchieht". In textu Hebraico non
eſt ſimpliciter: "aliquid aliquando fie-
ri", ſed: "fore, ut Deus res quasdam
perficiat."

Richtet ſeinen Blick vorwärts,
Häufet, wie Sand, Gefangene.

10.) Könige verhöhnt's;
Der Fürſten ſpottet's;
Ihm iſt jede Burg Gelächter;
Es häuft Schutt auf, nimmt ſie ein.

11. Dann, mit Wehen des Windes, rükt's weiter,
Uebt Ruchloſigkeiten:
Denn ſeine Macht iſt ſein Gott.

Hoc ipſo divino reſponſo, quo rem *Judaeorum* publicam per *Chaldaeos* evertendam eſſe, praedicebatur, vehementer obſtupefactus et perterritus, incipit vates patriae amore tactus, Deum nomine nationis ſuae precari, ſi unquam *Jehova* eorum Deus tutelaris fuerit, ſi non poſſit inſolentiae crudeliſſimarum nationum indulgere; ne velit ſuam nationem penitus evertendam dare. Hoſtem enim illum nec homines, nec Numen quidquam curare, ſola ſua ipſius potentia niti, brevi, quam inſolentiſſime ſuperbiſſimeque ſe gerere.

Haec

Haec precatio incipit commate 12 usque ad 17. Cuius verſionem Theotiſcam hanc fere offerre auſim:

12.) Biſt du nicht von jeher, o Jehova,
Mein Gott?
Mein Schuz Gott? . . . Vertilg uns
nicht!
O Jehova, zum Züchtiger mach' es,
O Schuzgott, zum Beſſerer brauch es.

13.) Zu rein ſind deine Augen, anzuſehn
Frevel,
Zuſchaun Unterdrükung kanſt du nicht:
Warum duldeſt du Ruchloſe,
Schweigſt? . . . Indes verſchlinget
der Frevler den Beſſern . . .

14.) Machſt die Menſchen zu Fiſchen des
Meers,
Zu Gewürm ohne Schirmer?

15.) Insgeſamt, mit Fiſchangeln, zeucht's,
Raft in ſein Nez,
Häuft zuſammen in ſein Fiſchnez:
Drob jauchzt, frohlokt's;

Drob opfert's ſeinem Nez
Räuchert ſeinem Fiſchgarn:
Denn dadurch iſt Oehl ſein Theil,

Seine

Seine Speiſe Fettigkeit.

17.) Drum ſtellt's aus ſeinen Hamen, Immerfort mordet's Völker ohne Schonung.

Jam narrat vates, exſpectaſſe ſe, quid ſibi ad has nomine nationis ſuae fuſas preces numen divinum eſſet reſponſurum. Comparat ſe cum excubitoribus militaribus, qui in ſtatione verſantur, dum exſpectat, quaenam fata futura, fortaſſis popularibus ſuis paullulum laetiora, Deus ſibi revelaturus eſſet. Quae comparatio etiam alias vatibus Hebraeis in more fuiſſe videtur, e. g. Ezech. 3, 17. eodem modo vates tanquam ſpeculator militaris repraeſentatur, et Ezech. 33, 2-7. eadem comparandi ratio perſpicue cognoſcitur.

Pergit narrando, Deum ſibi praecepiſſe, ut tabulis lapidaribus ligneisve inſculperet, inſcriberetve, Jehovam adhuc vaticinium quoddam per vatem exhibiturum eſſe, cuius minae (ſcil. in hoſtes *Judaeorum*, *Chaldaeos*, ut ex oraculo ipſo poſthaec enunciato appa-

ret)

ret) certiſſimum aliquando eventum habiturae ſint, ſed ſubdubitantes de eo Israelitas in numen divinum peccare ideoque poenas mereri.

Sed videamus, quomodo forte verſione Germanica haec exhiberi poſſint:

(c. 2, 1-3.).

1.) Auf meiner Warte ſtand ich, ſtellte mich hin auf den Burgthurn, genau aufmerkend, was Er enthülle mir, und was zu erwiedern auf meine Klage.

2.) Drauf hieß mir Jehova dies: Zeichn' auf die Enthüllung, grab ſie in Tafeln, daß der Vorbeiwandler es leſe, nemlich:

3.) „Annoch Weiſſagung für Verhängniszeit! *)
„Sie dräut Verderben,
„Nicht täuſchend:
„Zögert ſie; harr' ihrer:

„Denn

*) Neſcimus, quo pacto Criticus ille in Bibliotheca Lemgovienſi hunc locum ita vertere potuerit;

“Wieder

Digitized by Google

„Denn ſie kommt heran, nicht ver-
ſpätend.
„Die Zweifelei . . . Unglük trift ſie:
„Dem zuverſichtlich Harrenden geht's
wohl!„

Cum Propheta, auctore Deo, tabulas lapidares ligneasve cum hac ipſa inſcri-

„Wieder ein Geſicht auf beſtimte Zeit
Sie keicht ſchon zum Ende.
Zögert ſie, harre nur ihrer.
Denn ſie komt, komt gewiß, wird nicht
auf immer verweilen.

In primis enim verſibus locum illo non intellexiſſe videtur. יפח valet *vaticinari* et quidem hoc loco *minas*. Me quidem non fugit יפח alias ſignificare *ſpirare* etc. ſed in vertendo quaeſtio erat, quaenam huius vocis notio ſit hoc loco. קץ eſt *interitus*. Confer. Ezech. 7, 2. 5. 6. ubi haec notio vel maxime apparet. לוּ notulam caſus quarti ſaepius eſſe et pro את in Bibliis occurrere, nemo librorum ſacrorum peritus inſiciabitur. Vid. auserleſene Bibliothek der neueſten deutſchen Litteratur. Sechſter Band S. 313.

ſcriptione in publicis Hieroſolymarum locis affixiſſet, (nam procul dubio Hieroſolymis divinatus eſt ipſe) multorum hominum frequentiam rerum novarum cupidam hac ipſa re congregaſſet quaſi, (ita enim ſtatuere, res ipſa jubet) tum ſummo divino numine afflatus, Chaldaeorum, quos praeſentes conſpicere ſibi videtur, interitum incipit canere.

Ex quo vatis populares, qui eum audiebant, vel ipſi poterant colligere, ſe, quum Chaldaeorum vis evertenda eſſet, tandem ab ipſorum jugo liberos evaſuros eſſe. Hoc ipſum erat ſolatium populo.

Id poſterius oraculum verſione Germanica ſic ſe habet:

5.) Traun! Wein berauſcht den ruchloſen Mann;
Mit nichten bleibt er ſtehn!
Er erweitert, wie die Gruft, ſeine Gier;
Wie der Tod, ohne Sättigung
Raſt er alle Völker,
Zeucht an ſich alle Völkerſchaften.

6.)

Digitized by Google

6.) . . . Werden ſie nicht all' über ihn
Geſpött erheben?
Hohn und Spott über ihn?
Nicht ſprechen: „Ha! der Haufen
fremden Guts!
„Wie lange war's? — Der Mehrer
der Habe!„

7.) Werden nicht plötzlich ſich aufmachen
Bedrücker dir?
Erwachen Dränger dir?
Wirſt du nicht ihnen Beute werden?

8.) Weil du plündertest viele Völker;
Plündern dich die übrigen Völker:
Um deiner Grauſamkeit gegen die
Menſchen,
Deines Gewaltthuns
Gegen Land, Stadt und all ihre Woh-
ner drin.

9.) Weh ihm! Güter ſchaft er fuglos in
ſein Gebäu,
Zu thürmen ſeinen Wohnſiz,
Zu ſichern ſich vor der Hand der
Feinde.

10.) Du brüteſt Schmach deinem Thron-
ſize;

 Plä-

Digitized by Google

Plagend der Völker viele
Wüteſt du gegen dich ſelber.

11.) Denn der Stein in der Mauer ſchrei't,
Der Wurm im Holz erwiedert.

12.) Weh ihm! . . . Die Stadt baut
er aus durch Unfug,
Die Stadt erweitert er frevelnd.

13.) Iſt's nicht, ha! durch Jehova, All-
richter,
Daß da ſtreben die Menſchen fürs
Feuer,
Die Leute für Trümmern ermüden?

14.) Denn voll wird der Erdkreis von
Bewundrung der Hoheit
Jehova's,
Wie Waſſer decken das Meer

15.) Weh ihm, .. Unterdrüker Andrer,
Du geuſſeſt aus deinen Schlauch,
In Wut zu berauſchen, anzublicken
ihre Blöſſen.

16.) Bedeckt wirſt du mit Schmach, ſtatt
Anſehns;
Auch du trink bis zum Rauſch;
Es gelangt zu dir der Taumelbecher
in der Rechten Jehova's:
Schan-

Schande triſt dich ſtatt Anſehens.

17.) Denn Ueberwältigung Libanon's umringt dich,
Tödtung des Wilds, das man da fähet:
Um deiner Grauſamkeit gegen Menſchen
Gewaltthuns gegen Land, Stadt und all die Wohner drin.

18.) . . Was frommet der Göze? Der geſchnizte vom Bildhauer?
Was die Bildſäule — und der Förderer des Wahns?
Es ſtüzt ſich der Bildner des Bildniſſes drauf,
Daß er formet Gözen ohn Sprache.

19.) Weh ihm! — Er ſpricht zum Holz: „Wach auf!„
„Erwach!„ zum ſtummen Stein.
Dieſer Lehre! — Sieh! ihn umſchleußt Gold und Silber:
Doch iſt kein Odem in ihm.

20.) Aber Jehova iſt in ſeinem heiligen Tempel:
Still vor ihm alle Welt.

His ad accuratiorem intelligentiam penſi noſtri ipſius interpretandi paullulum expoſitis ad Hymnum ipſum vatis noſtri pervenimus, cuius argumentum ſententiarumque rationem poſtquam praemiſerimus, ſigillatim omnia expediemus.

Vates noſter oraculi poſterioris, quo Deum audiverat tam validum, amplum et firmum Chaldaeorum regnum everſurum eſſe, admiratione captus, priori oraculo autem, quod popularibus magnam reipublicae cladem prædixerat, perterritus, componit Hymnum, (qui veriſimiliter a Choro ſacro cum inſtrumentis muſicis poſt haec eſt decantatus). in quo primum Deum precatur, ut res, quas poſterius oraculum praedixerat, eventuras, conſtituto tempore in ſalutem nationis ſuae perficere velit. (v.2.)

Hac re maxime confiſus, incipit canere, quomodo tandem Jehova haec effecturus ſit, nimirum tamquam nationum judicem, populique eum colentis vindicem ornatu potiſſimum poetico depinge-

pingere inſtituit. Annalibus enim antiquis traditum erat *Hebrais*, *Iehovam* in *Arabia* Petraea, ubi erant regiones *Midianitarum*, non nullorum *Cuſchaeorum*, montes *Seiritici*, ideoque etiam *Theman*, *Pharan*, et vertices *Sinaitici* ſiti, tamquam praepotentem Deum gentis Hebraeae tutelarem atque peculiarem legislatorem numen ſuum manifeſtaſſe. Ex illis autem in monte potiſſimum Sinaitico ſtupendis naturae viſis, horrendis tonitrubus, terrae tremitu, et, quod una cum his plerumque fieri ſolet, vehementioribus imbribus aquarumque exundationibus Hebraeorum poëtae, cum Dei praepotentiam, majeſtatem, puniendique vim deſcribere vellent, ſuas ſaepenumero imagines depromſiſſe videntur.

Exempla hac de re habemus Deuter. 33, 2. Iud. 5, 4. Pſalm. 68, 8. 9. Pſ. 97, 2-5. Pſ. 18, 8-16. coll. Pſ. 29, 3.

Ad hunc Hebraeorum poëtarum morem vates noſter ſibi videtur Jehovam conſpicere coelitus in regiones Seiriticas, ut olim, deſcendentem, ejus in terra advenientis ſplendores, quibus-

cum nil niſi ipſe ſol comparari poſſit, corruſcantes, omnem aërem ipſis, coelique ſplendorem nubibus atris praemortalium oculis paullulum obtectum. Horrenda Deus pompa ingreditur, nimirum *morte* et fulgurum *Telis*, quibus perſonam induit poëta. (Quod erat initium ſcenae terribilis, videlicet deſcriptio erumpentis aſperrimae terribilisque tempeſtatis. v. 3-5.) Quum autem Jehova ingreſſu ſuo parumper ſubſiſtit, terra id ſuſtinere nequit, quin tota pertremeſcat, imo vero ad unum adſpectum Jehovae montes, colles, qui per omnium hominum memoriam perduravere, ita corruunt, ut ruinae poſt omnia temporum ſaecula conſpiciantur. (v. 6.)

Hac gravi tempeſtate, tonitrubus aëre perſonato, corruſcantibus fulguribus, terra magno fragore concuſſa non poterat fieri, quin omnes in ipſis regionibus vel etiam in vicinia incolas caperet horror maximus. Ii autem erant in deſerta Arabica *Midianitae* Nomadum vitae genus tractantes et *Cuſchaeorum* pars. (Haec exprimit noſter poëta commate 7.)

Quum

Digitized by Google

Quum vero in hujusmodi tempeſtatibus flumina mariaque magno fremitu ſolent exardeſcere, animadvertit noſter vates, hoc naturae viſum nulla alia de cauſſa exſiſtere, quam ut *Deus ipſe* ſuam potentiam ac puniendi vim exhiberet. (v. 8.)

Iam hanc Dei praepotentis adumbrationem in ſuum uſum adhibet vates, canens, hac ratione olim fore, ut Jehova hoſtem Iudaeorum, Chaldaeum puniat.

In fine commatis 8*vi* nimirum eſt Protaſis, quae particula כי indicatur, quaeque procedit usque ad finem commatis duodecimi hunc *fere* in modum. Sententiarum enim ſumma haec eſt: „Ita Deus apparebit, quando hoſtem crudelem Chaldaeum punire inſtituet.„ Sed ita ſententiam invertit, poëticoque ornatu amplificavit: „Quando tonitruum ſonitu quaſi curru tuo per aërem inveheris, tanta pluviorum tempeſtas incidit, ut iterum diluvium imminere videatur; quando montibus pertremi-

 ſcenti-

Digitized by Google

entibus aquarum exundationes e terra
·umpunt; quando et prae nubium te-
ebris et fulgurum corruſcationibus ne-
.ue ſol interdiu, neque luna nocte con-
iciuntur; quando tu ad poenas in ho-
ines exercendas tam terribili modo
er terram incedis: tum (jam incipit
ommate 13. Apodoſis) haec omnia
ent ad ſalutem populi, Te tutelarem
eum colentis, reſtituendam; tum per-
ities Chaldaeorum regem eumque to-
um deperdes; (v. 13.) tum Chaldaeo-
um principes, imperatores ceteros
ſa ſua vi peſſum dabis. Inhumaniter
nim in noſtram gentem egere. (v. 14.)
haldaei quidem ſunt veluti turpidum,
nmenſum mare: ſed tu, o Jehova, to-
trubus tuis in mare iſtud ingredieris,
vi tua praepotente Chaldaeos ſaevos
ompeſces.„ (v. 15.)

Sed jam argumentum prioris oraculi,
uo triſte per Chaldaeos fatum popu-
rium eius praenunciabatur, vati in
entem recurrit, eumque in maximum
orrorem rapit (v. 16. in initio.). Iam
e prophetica quaſi ſtatione quieſcere
debere,

Digitized by Google

debere, i. e. nullam viſionem fatidicam ſibi porro exſpectandam eſſe profitetur. Etenim jam calamitatem nationis ſuae appropinquare (v. 16. in fine.). Animo admodum commoto repraeſentat vates patriae ſuae triſtem per Chaldaeos devaſtationem. (v. 17.)

Quoniam autem interitu ſummo Chaldaeorum futuro recuperandae Iudaeorum ſalutis ſpes ei eſt, nomine nationis ſolatium exinde capit, quod Jehova Iudaeos laetos validosque in patriam redire permiſſurus ſit. (v. 19.)

Iam de ſingulis omnibus in Hymno noſtro videamus.

V. 1. תפלה vulgo vertitur per preces et quidem recte, inprimis, ſi per *preces* non modo rogationes, ſed quaſcunque ſententias, quae ad Numen divinum idque pie celebrandum referantur, intelligamus. Si autem ejusmodi preces carminis formam admittunt, ſi Rythmum quendam obſervant, ſi ſermonis ornatum ſententiarum et dictionum ſublimitatem adhibent, tum dicendi uſus id jam

jam poſtulat, ut *Hymni* vocentur. Cum autem haec in carmen noſtrum, ut ex argumento ipſius apparet, cadant, תפלה per Hymnum interpretari nulli dubitamus *). על שגיכות In hac voce omnes haerent interpretes, quorum autem conjecturas, cum nullam prae ſe ferant ſpeciem, omittamus. Etymon hujus vocis procul dubio eſt Arabum سجع *rythmice loquutus fuit, gemuit;* de turture vel columba uſurpatum.

*) Non abſonum erit, ut credo, elegantiorum litterarum in noſtra aetate peritiſſimi viri deſcriptionem *Hymni* commemorare. „Die Hymne, inquit, macht eine beſondere Gattung der Ode. Der darin herſchende Affect iſt Andacht und anbetende Bewunderung; der Inhalt eine in dieſem Affect vorgetragene Beſchreibung der Eigenſchaften und Werke des göttlichen Weſens; der Ton feierlich und enthuſiaſtiſch. — Die Urwelt ſang ſie bei den Opfern ab, und unterſtüzte ſie durch den Ton der Leyer oder Flöte.„ *Sulzers* Lexicon der ſchönen Wiſſenſchaften und Künſte ſub voce *Hymne.*

Digitized by Google

tum. Inde et alia vox apud Arabes eſt سَجْعٌ et in alia forma أُسْجُوعَةٌ cujus pluralis eſt أَسَاجِيعُ gemitus turturis, columbae, oratio rythmica. Igitur veriſimillime eſt apud Hebraeos fuiſſe radix שׁגע gemere, triſte canere, lugubrem cantum exhibere, inde derivatum שׁגין carmen quod lugubri modulatione decantatur. Quocum convenit inſcriptio Pſalmi 7. שׁגיון, carminis Davidici ſubtriſtis argumenti. על idem ac Graecorum κατα hîc valet. Senſus igitur eſt: „Lugubri modulo decantandum.„ Quod quidem *Chorago* dictum putemus.

V. 2. שׁצעך ea, quae mihi revelaſti, videlicet res et ad liberationem Judaeorum et ad interitum Chaldaeorum ſpectantes olim a Deo gerendae, vel, ut ad noſtrae aetatis intelligentiam accuratius explicemus, a providentia divina

Digitized by Google

ina permittendae. In utroque oracu-
› haec erant Prophetae divinitus re-
elata, ad quae h. l. reſpicit.

יראתי S. Reverend. *Bahrdtius* *)
oc interpretatur; „cum ſumma reve-
entia caſtaque animi oblectatione „ni-
hil que addens, niſi ſic explicandum
יראה„ quaſi ׳סו *ſic explicandum* ratio
xplicationis eſſet. Me quidem non
ɹgit, ירא recte interdum intelligen-
.um eſſe *revereri*: quod ſi hoc loco va-
eret, prior pars ſententii *Bahrdtii*
,cum ſumma reverentia„ eſſet appro-
›anda; ſed poſterius: „caſta animi ob-
ectatione„ ejusmodi eſt, ut vates no-
ter ne ſyllaba quidem illud expreſſerit.
ied ירא omnes animi perturbationes,
i animus rebus magnis, triſtibus etc.
angatur, valere, Bibliorum peritos
ıon fugit. Poteſt igitur verti *timere*,
vene-

*) In apparatu critico ad formandum interpretem veteris teſtamenti congeſto. Volum I. Lipſiae 1775.

Digitized by Google

venerari, revereri, admirari, obſtupeſcere. Quinam autem horum ſenſuum quodam loco admittendus ſit, ex re ſubſtrata ſemper cognoſci debet. Quod quidem, ut obiter moneam, ſaepiſſime in libris potiſſimum ſacris fieri debet, ex rationibus ſupra jam allatis.

Iam autem vidimus oracula, duo priora ad quae reſpicit vates, fata graviſſima praedicere, quibus fore, ut res duae publicae maxima vi hoſtili evertantur, quae quidem quemcunque in ſtuporem maximamque potiſſimum admirationem raperent; ideoque ירא hoc loco vertere *obſtupefieri*, *in ſtuporem rapi*, res ipſa ſuadet.

פעלך Hoc nemo interpretum recte intellexit. Omnes; ut *Vatablus*, *Clarius*, *Munſterus*, *Druſius*; *Grotius* ceteri, de populo Hebraeo intelligendum putant. Sed cum nullam rationem hujus ſententiae adduxerint, non opus eſt, ut eius falſitatem oſtendam; ſed potius, quomodo ipſi rei convenienter ſit interpretandum, demonſtrabo.

Refe-

Digitized by Google

Referenda nimirum haec vox ad res
ı Deo aliquando gerendas. Omne
enim hoc comma ſpectat ad triſtia Chal-
daeorum fata, quae vati noſtro in poſte-
riori oraculo indicabantur, quibus futu-
rum erat, ut totus nationis ſuae interi-
tus ab ea aberruncaretur. Iam ex con-
nato patriae nationisque ſuae amore
vates ad Deum precatur, ut haec in Ba-
bylonios conſtituta fata tandem vere per-
ficere velit. Equidem neſcio, qua ra-
tione S. Reverend. *Bahrdtius* hîc „ma-
gnam per Meſſiam perficiendarum re-
rum converſionem„ invenire potuerit?
Certe vates noſter in prioribus oraculis
nihil de „hac per Meſſiam rerum con-
verſione„ divinitus percepit. Num au-
tem ullo modo veriſimile eſt, cum per
totum huncce Hymnum ad priora ora-
cula reſpiceret vates, eum hoc loco ra-
ptim de Meſſia rerumque per eum con-
verſione mentionem feciſſe? ——

Videbunt Lectores, brevius nos car-
men noſtrum abſoluturos eſſe, niſi in-
terpretatiunculae interpretum eorumque
satis celebratorum nos morarentur, quas
qui-

quidem omittere poſſemus, ni
rum celebritate nonnulli eo adc
tur, ut noſtram interpretatione
tra virorum graviſſimorum auct
allatam, malam arbitrarentur.
ſemel admonuimus, ne quis,
haec aliorum interpretum placit
naverimus, id ex invidia aut a
tia a nobis fieri, ſuſpicari indu
בקרב שנים eſt per ſe idem ac ב
Notus enim eſt in vulgus בי סך
dem modo uſurpari in ſacris lib
ſimpliciter vocula ב, ut itaque
non ſit, hoc exemplis comp
Sed quomodo hoc intelligend
apud interpretes parum conſtat.
verend. *Dathius* vertit: „intra il
pus„ nulla adjecta explicatione.
celeber. *Bahrdtius* „quodnam
innui?„ quaerit. —— Sed f
ad hanc quaeſtionem reſponden
modo, hunc Hymnum omnino
re ad priora vatis a Deo accepta
la, mente teneamus.

Nam in oraculo ſecundo, q
precationem, ne totus populus

perdatur, acceperat vates, revelatum ei erat, eſſe adhuc חזון לצוער, praedictionem quandam inſtare, res continentem, quae ad ſalutem Hebraeorum tandem facerent, quae *tempore conſtituto* לצוער fore, ut perficiantur.

Ad haec reſpicit hoc loco vates noſter: idque, quod illic per לצוער indicavit, hîc per בקרב שנים, fortaſſis Rythmi cauſſa —— exprimit. Rogat igitur Jehovam, ut id, quod in perniciem hoſtium Chaldaeorum ideoque in nationis ſuae ſalutem gerendam declaravit, juſto hoc promiſſo et conſtituto tempore perficere velit.

Lectoribus ipſis inſpiciendum relinquo, quae in exponendis his vocibus celeber. *Bahrdtio* placeant. Iterum nempe ad tempora Chriſti illa refert, de quibus noſter certe vates nihil cogitavit. Verum Chaldaei eorumque fata ratione ſuae ipſius nationis mentem ejus ceperant, propterea quod oracula de iis, nulla autem de rebus tempore Chriſti agendis acceperat.

Digitized by Google

רחם אף ברגז רחם De ſignificatione ſatis conſtat. רגז quidem interpretes de ira intelligunt, quod quamvis alias hanc notionem habere non negam; hoc tamen loco ita interpretandum eſſe, tum ob vocum juncturam, tum ob ſenſum incommodum inde oriundum, ſubdubito. Verbum vero רגז ut ראש quamcunque vehementem commotionem exprimit, uti vel ex hoc ipſo carmine, commate 16. apparet. Transfertur deinde ad animi commotionem, ut רֹגֶז, triſtitiam, iram, ſed etiam aliam animi perturbationem, uti *dolorem* ſignificat. Hoc loco auget vim אף רחם, ut ſenſus ſit: „commotione miſericordiae ſ. commotus miſericordia, *mit Herzenserbarmung*, ut nos dicere ſolemus. תזכור reminiſcaris, ſcil. אף פעלך. Eſt unum idemque ac prius „perficias res conſtitutas„ apud Hebraeos enim, pro genio antiquiſſimi ſermonis, זכר ea ipſa ratione ſaepiſſime uſurpatur, μναω apud *Homerum* pro agere, rem aggredi perficere. Sic etiam hoc loco.

V. 3. Quod in initio quidem carminis reſpicit vates ad ſcenam *Sianiticam* a Deo legislatore repraeſentatam, id interpretes omnes fefellit, et eo adduxit, ut in omni carmine ad hiſtoriam peculiarem quandam reſpexiſſe vatem ſibi perſuaderent, ideoque Hebraeorum transgreſſum per mare *Suezicum*, per *Jordanum*, *Palaeſtinae* occupationem interpretatiunculis mire detorſis carmini inferunt. Quorum quidem nullum vatem noſtrum in animo habuiſſe, infra clarius apparebit. *Theman*, *Pharan*, *Sinai*, juga, partes ſunt unius ejusdemque montium *Seiriticarum* concatenationis in *Arabia* potiſſimum petroſa *). Cuſchaei et Midianitae de quorum pavore prae his commotionibus naturae depictis commate 7. mentio fit, cum uti Nomades has ipſas regiones inhabitarent, recte colligendum eſt, ſcenam omnium eorum, quae ſaltem ad comma 7*timum* usque deſcribuntur, eſſe unam eandemque videlicet *Arabiam*, ejusque eas potiſſimum regiones, in quibus *Sinaitica* facta eſt legislatio.

וקדש

*) Vid. illuſtr. ***Gattereri*** Grundriſs d. Geogr. S. . . .

וקדש Haec vox pro rebus ſubſtratis ſignificatione variat. Quodſi a Deo uſurpatur valet *venerandus*, forte ut apud antiquiores Graecos ἱερος *) **).

הוד eſt omne id, quod ad excellentiam, ad magnificentiam confert. Hoc potiſſimum loco eſt ſummus ſplendor fulgurum, quae per aerem, dum leges promulgare Sinaïticas coepiſſet Jehova, magna copia ac vi ferebantur. Altera membri hujus pars ותהלתו etc. idem exprimit, quod prior. הלל notionem omnis magnificentiae, ſplendoris, propter quam quis admiratione, veneratione, celebratione dignus ſit, vel etiam laude, qua quidem notione ſaepius ſumitur. Exempla notionis *ſplendendi* ſunt Jeſ. 13, 10. Job.

*) De quo videat. S. Reverend. *Zachariae* in Theol. Biblica tom. II. in praefatione.

**) סלה סר inſertum, cum ad textum ipſum non pertineat, et, Muſices notulam olim veriſimiliter fuiſſe, jam ab interpretibus expoſitum ſit, nihil de eo addendum puto.

Digitized by Google

29, 3. Hoc loco eam notionem contextus poſtulare videtur.

4. אלר etiam de ſole uſurpatum eſſe, dubitatione caret. Iam Gen. I, idem valet:

יהי אור ſol ſplendeat! Quamvis longe multumque diſputatum ſit, qualis haec fuerit lux, tamen nihil aliud fuit, quam alma lux ſolis, quam quotidie cernimus. Sed haec hûc non pertinent. Aliis locis uſus אור 28 de ſole patet. Senſus igitur eſt: „ſplendor uti ſolis eſt, i. e. ſummus ſplendor per aërem fertur.„

קרנים ſplendores eſſe, jam *Pagninus* vidit. Radix קרן in modum fere cornuum radios diffundere, corruſcare, radiare, ſplendere, ſignificat. Confer. Exod. 34, 29. 30, 35. ubi de Moſis facie ſplendeſcente ſermo eſt.

מידו ab ipſo, vel, ipſe demittit, jaculatur radios fulgurum. Eſt autem loquendi ratio inde orta, quod Deum iſti antiquiſſimi homines animo ſuo hominum

minum formâ repraeſentarent. Iſtud לך abundanter appoſitum eſt. Iam ſuffixum אך יך hoc exprimit. Veriſimiliter metri cauſſa iſtud לך addidit poëta. —— Simplicitas ſermonis illius antiquioris rudioriſque id permittebat. Simili ratione Homeri ſermonem, qui tamen jam multis modis excultior politiorque erat, ſaepiſſime particulis aliisque voculis abundare videmus.

שׁכם nimirum eo loco, ubi ſplendor ille ſummus emittebatur. Finitur autem proprior ſignificatio hujus voculae per עזר de quo poſt haec. Ideoque hîc שׁכם valet *ſupra*.

חביון ex Arabico خبا *occultavit*, *clam habuit*, innoteſcit, a qua radice eſt خبا tabernaculum, tegumentum.

Porro עזרה — keri, quod habet ſuffixum ו pro ה, cum haec vox ad Deum ſpectet, admittendam eſſe, non eget demonſtratione.

עז ſignificare *vim*, *robur* nequaquam me fugit, ſed etiam notionem, quam-

 vis

is rariorem, *ſplendoris*, *nitoris*, omnisue ejus quod hominum oculos perſtrin;it, et in admirationem rapit, habet.)e quo exemplum eſt Pſ. 78, 61. Inerpretes quidem omnes illam ſignifica:ionem admittunt, et ita fere reddunt: ,ibi abſcondita erat, vel, velabatur robur ejus.„ Sed dic quaeſo, quomodo in hac ſcena robur Jehovae i. e. ejus magnam agendi vim latuiſſe, concipere poſſimus? Nonne ipſa vulguribus, tonitrubus, terrae motibus, procellis, imbribus quam maxime tum eſt manifeſtata?

Anteponenda igitur illa ſignificatio עז אר nempe ſplendoris magnificentia, nitoris gloria ſicque omnino eſt intelligendum: „ſuprâ erat tegumentum ſplendoris magnifici ejus.„

Ita enunciare poterat vates: „Inſtar ſolis ſplendor elucefcebat, fulgurum radii efferebantur, ſed *nubibus* ſpiſſis, quibus coelum obtegebatur, ſplendor iſte paullulum temperabatur.„ Pro ענן (*nubes*) utitur poëta exquiſitiori voce חביון, et loco pronominis ponit iterum ſub-

ſubſtantivum, et quidem aliud, ac priora, quamvis unam eandemque rem exprimens, nempe ſplendores, fulgura, magnificentiam Numinis divini. Non eſt igitur, niſi paullo inſolentior dicendi modus et orationis inverſio, quae quidem apud poëtam eumque antiquiſſimum frequentiſſima ſunt, nec adeo admiranda.

5. De voce דבר notio ſatis conſtat, nimirum et *peſtem* et ſimpliciter mortem ſignificat. Sed de רשף adhuc videndum, quid hoc loco valeat. LXX. in Cant. Canticor. vertunt hanc vocem per περίπτερον. Sym. per ὁρμη. Aliis locis, uti Deuter. 32, 24, LXX. vertunt quidem πῦρ. Ex quibus conjicere licet, fuiſſe antiquitus apud Hebraeos radicem רשף, cui variae ejusmodi notiones ſubjectae fuiſſe videntur, ut vehementer ferri, corruſcare, volare, jaculari; inde ſubſtantiv. רֶשֶׁף omnino id, quod magna vi mittitur vel fertur, ſagitta, ignis per aërem volans, fulgurum radii. Cui etiam uſus Ara-

bum maxime convenire videtur, eorum nempe radix رسف propulit, egit, ſublatus fuit, in altum volavit, omnino de vehementi motu. *Sagittas* autem etiam alias apud Hebraeos cum fulguribus comparari vel ex ipſo noſtro carmine apparet, commate 11. ubi vulgarior *ſagittae* nomen חץ eſt uſurpatum, hoc loco autem rarior רשף. Senſus igitur eſt: „Eum praecedit *Mors*; *ſagittae* ſcil. fulgurum feruntur ipſo progrediente, i. e. Tempeſtas gravis, qua ſe veluti videndum praebet Deus, interitum minari mortalibus videtur *).

6. *Iam*

*) Plura de רשף reperient Lectores in Celeber. Equit. Michaelis Beurtheilung der Mittel die hebr. Spr. zu verſtehen, ubi pro ſua in etymis vocum eruendis ſumma dexteritate de notione hujus vocis accurate et ſatis copioſe egit, p. 298. ſqq. Confirmavit ibi vir ſummus hujus vocis notionem et *telorum* et *avium voracium*. Sed quod *hoc loco* רשף per aves voraces intelligit, hoc mihi parum probatur. Poëtum nimirum unam eandemque ſcenam, videlicet Sinaiticam depingere, nemo non videt.

ſam Jehovam in pompa ſua pa-
r ſubſiſtere et quaſi morari fingit
Quid tandem, morante Deo,
ɫandum in ejusmodi Hymno? In-
:es quidem ad unum omnes Deum
ı *metientem* narrant. Sed quaeſo
.n finem hic dimenſio terrae? Con-
e etiam haec dimenſio terrae tre-
qui mox hanc dimenſionem ſe-
? Videndum igitur, ſitne alia
hujus vocis ſignificatio, aut ſitne
ſan ab alia radice derivanda.

autem apud Arabes ماد He-
ı enunciatione מוך *agitare*. Quae
notio

.det. Ad quam quomodo pertinent
t *peſtis* et *aves voraces?* Addit quidem
ir illuſtris: „Vor Gott ſey zur Ver-
lgung der Kananiter die Peſt gezo-
en etc. „ Sed de everſione Cananita-
ım hic ſermo non eſt, verum de ful-
uribus in regionibus Seiriticis. Nun-
uam etiam poëtarum Hebraeorum eſt
jusmodi deſcriptio, Cananitas a Deo
er peſtem everſos eſſe. Altera parte,
onſuetum eſt, tela cum fulguribus
omparare. Igitur *hoc loco* רשף vi-
etur ſignificare *tela* ſcil. *corruſcantia*
Stralpfeile) et ſingul. pro plur. ut
aepe.

notio veriſimillime hoc loco obtinet. Ita eſt ſenſus: „terram quatit, ut reſonet.„ Sic enim de Sinaitica illa tempeſtate, ad quam reſpicit vates, relatum legimus.

Deum porro fingit vates noſter hac commoratione terram conſpicere. (ſcil. *iratus*, ut ſibi imaginabantur priſci homines). Hoc ſolo aſpectu horrenda natura Phaenomena exiſtunt: gentes pertremiſcere, montes antiquiſſimos corruere, colles per ſecula firmiter ſitos delabi videmus.

Sed הליכות עולם accuratius eſt exponendum. Interpretum de his vocibus placita varia, cum ne veri ſpeciem quidem habeant, nolo copioſius commemorare. Mox vertunt „viae aeternae„ mox „itinera mundi, mox aliter. Quae quidem omnia ad contextum neuquaquam quadrant. *Celeberr. Dathius* quidem: „Totum hoc univerſum ejus imperio ſubeſt.„ Satis bene eſſet dummodo ullum in textu Hebraico exſtaret hujus rei veſtigium. Quid igitur in hac inter-

Digitized by Google

interpretandi difficultate faciendum? *Celeberr. Bahrdtius* protinus verſiones antiquas accedens (quod quidem per ſe non improbatur mihi, ſed quam provide ea in re verſandum ſit, alio loco fortaſſis declarabo) ex iis textum mutandum ſuadet. At enim vero prius, quam textum mutandum duxerimus, textum ipſum vulgarem penitus perſcrutati ſimus, neceſſe eſt. Sed הליכות 8ר non modo notio eſt viarum itinerumque, ſed etiam *exitii*, *interitus*, *ruinae*. Veſtigia hujus notionis adhuc apud Hebraeos ipſos exſtant Pſ. 109, 23. Hoſ. 6, 4. Pſ. 58, 9. Arabibus autem haec ſignificatio perfrequens. هَلَكَةٌ *exitium ingens et fatale* ſignificat. הליכות igitur ſunt, quod optime etiam contextui h. l. congruit, *perverſiones*, *devaſtationes*. Abſtractum autem poſuit poëta pro concreto, iis nimirum, quae devaſtationibus fiunt. Senſus ergo hic erit: „Tanti ſunt terrae motus, ut eorum veſtigia עוֹלָם multis ſeculis poſt adhuc conſpiciantur.„ Vocula adjecta לוֹ, ne quem forte offendat, moneo, eam quidem

dem referri ad Jehovam, tamen ad integrum ſenſum orationis non ita requiri. Poëta abundanter hac ipſa expreſſit, etiam has ruinas futuris hominibus conſpiciendas ipſius Jehovae vi exiſtere.

7. Quomodo tandem ſe gerunt horrendiſſimi hujus ſpectaculi vicinae et quaſi ſpectatores, *Midianitae Cuſchaique?* Hos jam imaginabatur animus vatis noſtri, quantus pavor eos totos caperet. Interpretum quidem: „ſub nihilo —— loco nihili —— in loco vano —— pro iniquitate„ quibus תחת און vertere inſtituere, nullo modo ſenſum quendam praebent, qui rebus ſubſtratis aptus videatur. Liceat ergo in altera quidem voce aliis punctis vocalibus uti, ut legatur אָוֶן angor, pavor a radice אנן angere, gemere, *pavere*. Vocula תחת idem eſt hoc loco ac particula ב. Senſus tum ex hac, quam reſtituimus, veriſimiliter genuina olim lectione: „Ex paveſcentia conſpicio Cuſchaeorum tentoria.„ Cui etiam altera hujus inciſi verſus optime reſpondet: „Perhorreſcunt homi-

homines in tuguriis Midiani*ticis.* „ Quae poſteriora verba difficultate carent.

8. Aliam partem hujus graviſſimae tempeſtatis adumbrat vates, nimirum aquarum, fluminum mariumque, ut in terrae motibus fieri ſolet, vehementiorem exaeſtuationem. Poſterius bis poſitum אִם cum priori הַ interrogativo unum idemque h. l. eſſe protinus apparet. Videat ipſe Lector Humaniſſimus, an in hiſce verbis ulla ſinus Suezici exſiccationis, Jordanive fiſionis, quam *Druſius* aliique, vate invito, carmini inſerunt, mentio a Propheta noſtro facta ſit. ה h. l. non negativam, ſed affirmativam interrogationem innuere, jam *Ludovic. de Dieu* vidit. Poſitum quidem pro הלא et ſenſus eſt: „Nonne tua ipſa ira flumina mariaque hac tempeſtate efferveſcunt? h. e. ſi non ita iratus eſſes, i. e. tuam potentiam, puniendique vim naturae horrendis viſis repraeſentare velles, flumina mariaque eſſent tranquilla et placida. „ חרה referendum ad אפך et עברתך, quae con-

Digitized by Google

conſtructio Hebraeis eſt conſuetior, et יהוה quinto caſu ſumendum. Jam LXX. vertunt κυριε *). Jam cum altera parte hujus ipſius inciſi incipit veluti tertia Hymni ſectio, qua hanc Jehovae terribilem olim in terra pompam ad illas praeſentes futuraſque nationis ſuae res refert, et varietate quadam illam ipſam adumbrationem poëticam repetit. Particula כי (ſi) Protaſin indicare, jam ſupra admonuimus. סוסים et מרכבת denotant unam idemque, nilque aliud ſunt, niſi amplificatio poëtica. Facile quiſque videt, his vocibus tonitrua exprimi. Naturales enim ſunt imagines apud omnes forte antiquiores homines: „Deum vehi curribus, uti equis,, pro: aërem tonitrubus perſonari. Apud ישועה, utcunque eius notio ſit, ſub-udienda eſt particula ל aut ב aut ſimilis quaedam. ישועה autem h. l. non ſi-ificare poſſe *ſalutem*, ut vulgo redditur,

*) Antiquiſſima quaedam Theotiſci ſermonis Verſio haec ipſa jam affirmativa interrogatione ita expreſſit: „Herr biſt du denn nit zornig in den Flüſ-en etc.„

ditur, poſtea apparebit. Et objectum *ſalutis* nullum adeſt, et totum eſt adumbratio tempeſtatis. Sed et alia notio eſt radicis ישע eaque prima, videlicet *amplum eſſe*, cujus expoſitionem copioſiorem ex idiomate Arabico reperient Lectores in celeber. Equit. Michaelis libro jam ſupra laudato: Beurtheil. der Mittel etc. p. 270. ישרעת igitur *amplum*, *amplitudo*. Quid hoc noſtro loco ſit ex praecedentibus patet: „Tonitrua perſonant *amplum* i. e. amplum ſpatium aëris ſ. Atmoſphaeram.„

9. Multae hujus inciſi difficultates, quas, quomodo expediri poſſint, videamus, *Celeber. Dathius* quidem, ut apud plurimos interpretes, nulla habita ratione, an ſequentibus tempeſtatis adumbrationibus reſpondeat, ita vertit: „Arcus tuus exſertus eſt propter promiſſiones tribubus jurejurando datas,„ quo videtur *Vir Doctiſſim.* reſpexiſſe ad Hebraeos Palaeſtinam capientes. Sed, de his ne una quidem vocula ſermonem h. l. eſſe, quis non videt. Primum קשת non modo ſignificat *arcum militarem*,

Digitized by Google

ſed etiam *arcum coeleſtem*, *iridem*. confer. Geneſ. 9, 13. 18. עריה quidem *nuditas* apud Hebraeos, ſed nec minus *pudor*, *ignominia*, *opprobrium*. Confer. hac de notione Deuter. 23, 15. 24, 1. Imo vero Arabibus etiam alia hujus vocis eſt ſignificatio عروى *magnarum guttarum pluvia*, *imbrium vehemens effuſio*, nos dicimus: ein Wolkenbruch. תעור hoc loco non ab ערה *nudare* derivanda, ſed potius ab rad. עור quod reſpondet Arabico عار *opprobrio effecit*, *ignominioſe habuit*, *exprobravit*.

Hoc modo vocibus expoſitis ſenſus hucusque eſſet: „Pluviarum effuſione ſ. cataractis ignominia afficis arcum tuum coeleſtem." Iam apparet, ea, quae equuntur, verisimiliter per appoſitiom, quod dicunt Grammatici, praedentibus addi. De שבעות ſatis con- nimirum ſunt juramenta, aut contio, ſanctio per jusjurandum. Plu- autem poëtice uſurpatus pro ſingu- אמר fere ut apud Homerum μυθος

θος varia ſignificatione in ſacris libris uſurpari conſtat. Mox conſultatio, perſuaſio, minae, *promiſſio*. Exemplum poſterioris ſignificationis eſt Pſ. 68, 12. Ut דבר, ſemper pro re ſubſtrata interpretandum. Hoc loco valet *promiſſio*. Sed quid ſit מטות, reſtat definiendum.

Jam animadvertant Lectores ex iis, quae hactenus enarravimus, interpretum *virgae*, *tribus* parum ad hunc locum pertinere.

Videamus, ſitne etiam alia hujus vocis ſignificatio. Derivemus quaeſo a radice נטה *declinare*, *demittere ſeſe*, ut ſit Participium in Hiphil. Confer. Hoſ. II, 4. Verba, quae ſequuntur, non egent illuſtratione. Senſus igitur totius hujus commatis hic eſt: „Cataractis coelitus erumpentibus ignominia afficis arcum tuum, (h. e. efficis, ut promiſſis ſui non ſtare videatur) hanc ſanctionem, (h. e. ſignum ſanctionis) quae demittit (in oculorum ſenſus cadere ſinit) promiſſionem, videlicet olim *Noa-*

cho datam; imo vel ex terra ipſa concuſſa aquarum fluctus proruunt, quemadmodum olim tempeſtate maximae diluvionis factum eſſe, traditum eſt.„

10. Pergit noſter in depingenda tempeſtate, qua Jehova vindex apperere videbatur Hebraeis. In hoc autem commate nihil fere eſt difficultatis. Montibus quaſi perſonam induit poëta: Conſpiciunt Jehovam: ſtatim contremiſcunt, dummodo conſpiciant Jehovam.„ En ſublimitatem repraeſentandi! --- זרם eſt vis rapida a rad. זרם perrapere. Confer. Jeſ. 35, 6. Pſ. 74, 10. Job. 28, 10. עבר de aquis valet *excedere*, *inundare*. רום altitudinem denotans non eſt ſubjectum, ſed in ipſo particula ב ſubaudiendum. ידים de maribus fluminibusque uſurpatum valet *littora*. Confer. Gen. 2, 5. Deuter. 37.

Adumbratio poëtica igitur haec eſt: …ementes aquae exundant; abyſſus …ans in altum littora tollit, h. e. …um exundationes littorum conſue-

tas

: limites excedunt.„ *Jam omnia*,
:do, ſunt clara ac perſpicua *in* hoc
nmate, niſi hoc unum monendum:
תהוֹנ poëtice eſſe dictum pro ſimpli-
r יומם vel מימם.

1. Ecce jam novam partem hujus
is tempeſtatis adumbrandae a vate
ro, videlicet omne coelum nubibus
obſcuratum, ut nec ſol die, nec
nocte conſpiciantur. Primum mo-
, in ירח veriſimiliter ו excidiſſe,
l ex aliis locis, ubi cum iſto haec
a reperiuntur, conjici poteſt. Sed
evioris eſt momenti: ſenſus manet
. עמד *ſubſiſtere*, *commorari* ſatis
at. זבלה a rad. זבל *habitare*,
minus caret obſcuritate, denotat
um *habitatio*, *habitaculum*, *tugu-*
, *tegumentum*. Confer. Jeſ. 63,
Pſ. 49, 15. 1 Reg. 8, 13. Jam
m *Coccejus* haec reddidit: „Sie
en in einer Wohnung oder Ver-
ng.„ Ceterum autem omnes in-
tes reſpiciunt ad Joſ. X. expli-
זבל per *ſtationem*, ſine ulla alia

D 3 ratio-

Digitized by Google

rebus ſubſtratis eluceſcit, in noſtro loco זבל neuquaquam reddi poſſe per *ſtationem.* Praeterea ex uſu loquendi haec vox ſignificat *tegumentum*, *habitaculum.* Verus autem hujus dictionis ſenſus eſt: „Sol lunaque commorabantur in habitaculo, vel tecto i. e. nubibus, tenebrisque tempeſtatis obſcurabantur.„ Prorſus igitur idem valet haec poëtica dicendi ratio, atque illa apud Joëlem: (c. 2, v. 10. c. 4, 15.) שמש וירח קדרו, —

In יהלכו primum quaeritur, quid ſit ſubjectum? Et Doctiſ. *Bahrdtius* et Celeber. *Michaelis*, uti priores interpretes fere omnes, opinantur eſſe Iſraëlitas. Hic enim vertit (loco citato). „Bey dem Licht deiner Pfeile ſezten

formulis eſt expreſſa jam verius reddidit haec verba, hunc nempe in modum: „Der ſunn und die menin ſtond in iren wonungen.„ Atque alia verſio hac cum ſine loco et anno ſit, etiam antiquior, quam in Bibliotheca Guelferbytana evolvi, ipſum locum ita expreſſit. „De ſunne unn de maen hebben gheſtanden in erer woninghe.„

rebus ſubſtratis eluceſcit, in noſtro loco זבל neuquaquam reddi poſſe per *ſtationem.* Praeterea ex uſu loquendi haec vox ſignificat *tegumentum*, *habitaculum.* Verus autem hujus dictionis ſenſus eſt: „Sol lunaque commorabantur in habitaculo, vel tecto i. e. nubibus, tenebrisque tempeſtatis obſcurabantur.„ Prorſus igitur idem valet haec poëtica dicendi ratio, atque illa apud Joëlem: (c. 2, v. 10. c. 4, 15.) שמש וירח קדרו.—

In יהלכו primum quaeritur, quid ſit ſubjectum? Et Doctiſ. *Bahrdtius* et Celeber. *Michaelis*, uti priores interpretes fere omnes, opinantur eſſe Iſraëlitas. Hic enim vertit (loco citato). „Bey dem Licht deiner Pfeile ſezten ſie

formulis eſt expreſſa jam verius reddidit haec verba, hunc nempe in modum: „Der ſunn und die menin ſtond in iren wonungen.„ Atque alia verſio hac cum ſine loco et anno ſit, etiam antiquior, quam in Bibliotheca Guelferbytana evolvi, ipſum locum ita expreſſit. „De ſunne unn de maen hebben gheſtanden in erer woninghe.„

ire, *progredi* etc. Apud Arabes ipſum verbum חלך *perire*, *evaneſcere* ſignificare, hacque notione ſaepiſſime occurrere, vel tirones ex fabulis Lockmannianis ſciunt. Quibus expoſitis jam ſponte ſua fluit interpretatio haec: „Sol lunaque morantur in tegumento; (tecto vel habitaculo) prae (סן ל ita admittendum, vel *propter*) ſplendore tuarum ſagittarum (h. e. radiorum) evaneſcunt, (h. e. non conſpiciuntur) prae lumine fulguris haſtae tuae.„ *Fulgur haſtae* eſt tantummodo ornatus poëticus: „fulgura, quae perſtringunt, ut haſtae ſ. fulgura corruſcantia, vel ſimpliciter fulgura.„

Hac igitur interpretatione, quam certam eſſe ſperare mihi licet, Iſraëlitas in textum falſa interpretatione invocatos, ſicuti in carmine noſtro ſolem lunamque, protinus *evaneſcere* videt benevolus Lector.

V. 12. Primum moneo, particulam כי (ſi) quae erat in medio commate 8*vo* expreſſe poſita, in poſterioribus inciſis

ire, *progredi* etc. Apud Arabes ipſum verbum חלך *perire*, *evaneſcere* ſignificare, hacque notione ſaepiſſime occurrere, vel tirones ex fabulis Lockmannianis ſciunt. Quibus expoſitis jam ſponte ſua fluit interpretatio haec: „Sol lunaque morantur in tegumento; (tecto vel habitaculo) prae (ל pro ך ita admittendum, vel *propter*) ſplendore tuarum ſagittarum (h. e. radiorum) evaneſcunt, (h. e. non conſpiciuntur) prae lumine fulguris haſtae tuae.„ *Fulgur haſtae* eſt tantummodo ornatus poëticus: „fulgura, quae perſtringunt, ut haſtae ſ. fulgura corruſcantia, vel ſimpliciter fulgura.„

Hac igitur interpretatione, quam certam eſſe ſperare mihi licet, Iſraëlitas in textum falſa interpretatione invocatos, ſicuti in carmine noſtro ſolem lunamque, protinus *evaneſcere* videt benevolus Lector.

V. 12. Primum moneo, particulam כי (ſi) quae erat in medio commate 8*vo* expreſſe poſita, in poſterioribus incisis

ciſis una cum hoc duodecimo eſſe re-petitione ſubaudiendam. Nam hactenus eſt Protaſis. Ceterum notandum, hoc ipſo commate, quod, quoad verba, facile eſt intellectu, vatem omnia priora univerſe exprimere hunc fere in modum: „Si (uti hactenus depinxi) indignabundus in terra incedis, iram ſpirans trituras gentes:„ Jam

V. 13. Apodoſis incipit ita: „Tum in eo es, ut erumpas in ſalutem populi tui etc.„ Populus Dei natio Hebraea nuncupabatur propterea quod ea, miſſa Idoloſolatria, ad Numen divinum colendum peculiari ſanctione erat obſtricta, qua praeterea ut inſtrumento quaſi utebatur Jehova ad veri Dei cultum inter alias terrae nationes ſenſim ſenſimque, uti hominum natura cultusque fert, propagandum.

משיחך interpretum alius aliter interpretatur. Alii Joſuam, alii Chriſtum intelligunt, alii, neſcio, quid, invito carmine, inferunt. *Doctiſ. Dathius* quidem ſumma fide, ut promiſit, verba

verba textui Hebraico adſtringens „cum uncto tuo„ vertit. Jam vero ex aequalitate membrorum ſuſpicandum, eſſe idem ac prius עמר. Quodſi autem expendamus, משיח univerſe ſpectatum denotare unumquemque, qui ad rem quandam perficiendam eſt deſtinatus, qui eſt Deo conſecratus; ad veritatem, credo, prope accedimus, ſi per משיחר „populum ipſum Hebraeorum, quatenus ad Jehovae cultum erat conſecratus atque obſtrictus„ intelligimus. Particulam את h. l. ut ל pro nota tertii caſus habeo, quae particula voci עמר non praefixa, ſed ſubaudienda eſt. מבית *populi* ſignificatio, quam בית in dialecto Syriaca habet, ceteris anteponenda mihi videtur, cum rei maxime conveniat.

יסוד conſtat de *fundamento*, *ſolio* dici, h. l. exprimit: „usque ad pedes, qui in ſolio ſubſiſtunt.„ Adumbrationes hae illius aetatis, qua victos hoſtes victores in humaniter tractabant, genium prae ſe ferunt. Senſus igitur eſt: „Ita, ut jam deſcripſi, tu incedens vindex calami-

mitatis a Babyloniis nobis illatae, victor ipſos inhumaniter tractas, percutis nimirum regem populi hujus nefandi, denudans eum a capite ad calcem.„

14. Pergit in hac ipſa deſcriptione vates, ut poſtea videbimus.

נקב non modo ſignificat *perforare*, in quo omnes fere ſubſiſtunt interpretes, ſed etiam aliae notiones cognatae cadunt in hanc vocem, ut *trudere*, *ſcindere*, *caedere* etc. Jam videamus de objecto: ראש פרזיו.

Explicant interpretes hoc per „caput pagorum.„ Quos etiam ſequutus eſt Doctiſſ. *Dathius*, paululum tamen ita diſcedens, ut במטיך, contra omnem quidem linguae uſum, pro *pagis* habuiſſe videatur. *Caput pagorum* ſi in textu eſſet, eſſe. deberet in prioribus vocibus in- Sed quid tandem *caput pagorum?* Haberent hoc interpretes pro *Metropoli*. At vero hoc non ſolum ſibi ſumunt contra omnem loquendi uſum, ſed etiam nexum inſequentium verborum. Videa-

Videamus igitur, an alia etiam via expediendus ſit locus.

פרז admittit etiam aliam notionem. Nam in dialecto Arabica eſt فرز *ſegregavit, diſcrevit, modum praeſcripſit, ſtatuit pro ſententia ſua.* Exinde patet, פרז denotare poſſe, et h. l. veriſimillime denotare debere *imperatorem*, principem rerum gerendarum, einen Unterregenten, Feldherrn etc.

מטה ſunt eorum inſignia principatus ſ. imperii, quo ad male vexandos Judaeos utebantur. Jam ſenſus eluceſcit: „Tu caedis caput imperatorum Chaldaeorum ipſis ſuis quaſi faſcibus, i. e. omni nocendi vi eos deſtituis et tum tamquam victor in eos inclementer agis.„ (Adumbrationem hanc eſſe a more, quo victores hujus ſeculi cum victis agere ſolebant, deſumtam, unusquisque antiquitatis prudens videt.) Jam quaſi Parentheſis inſerta eſt, querelas continens, de Chaldaeorum imperatorum contra Judaeos immanitate. Cujus Parentheſeos verba omnia cum per ſe ſint per-

perſpicua, uberiori explicatione non egent. Hoc unum monendum, במסתר quod S. R. *Dathius* obſcuriuſcule vertit: „in obſcuro latentem„ reſpicere ad caveam leonis. Copioſius ita enim exſcribere debebat poëta: „Ut leo praedam in ſpeluncam fert, ibique devorat, ita hi Chaldaeorum principes veluti devorant nos, cum ſimus inermes et veluti eorum praeda.„ מסתר igitur in ſimili modo eſt amplificationis ornatusque cauſſa adpoſitum; comparandi ratio ipſa autem eſt in devoratione.

15. Iterum, fere, ut ſupra, omnes ſingulas Jehovae ultoris adumbrationes univerſe comprehendit. Primum librorum ſacrorum interpretibus conſtare debet, ſi, Deum vehi curru equisque, ſibi fingant poëtae, id eſſe imaginem tonitruum fulgurumque. Altera igitur hujus loci imago eſt perſpicua. Sed quaenam eſt altera מים רבים?

Jam primo quidem intuitu apparet, hoc non eſſe originante hujus vocis poteſtate, de mari explicandum, quod nullo

nullo modo contextui reſponderet, ſed eſſe *nihil aliud*, niſi adumbrationem poëticam. Sed quaeritur, quaenam res huic imagini ſit ſubjecta? Si ad priora proxima reſpiciamus, patet, nihil aliud, niſi ipſam gentem Chaldaicam admitti poſſe.

Quae quidem gens, quatenus erat bellicoſa, alienis poſſeſſionibus inhians, in bellis ſaeva et pervorans, cum mari turbide effervescente, et, quod in rerum natura fit, lutum aliamque colluvionem ejiciente comparatur. Quae quidem comparatio et alioquin his temporibus huicque genti Hebraeae ſolemnis eſt. Senſus igitur eſt: „Chaldaei ſunt inſtar maris turbidi et effervescentis, cui nemo ne accedere quidem auſit, quin degluciatur: ſed tu, Jehova, procelloſum hoc mare fulgurans quaſi transgrederis et penitus illud domas.„

16. Jam autem, his miſſis, ſecundi oraculi momentum ſecum reputat vates noſter, nimirum calamitatem a Chaldaeis prius ſuae genti inferendam, de qua,

Digitized by Google

qua, pro ſummo patriae amore, qui iſtis temporibus maxime vigebat, animi ſui ſenſus vehementer lugubres graviſſimis verbis exprimit. שמעתי de ipſo oraculo, quod ad primas querelas acceperat, intelligendum. Objectum omiſit poëta, ſed ex inſequentibus cognoſcitur, nihil aliud eſſe, niſi argumentum iſtius de gentis ſuae calamitate oraculi. בטני hanc vocem pro omni eo, quod in corpore humano intimum eſt, uſurpari omnes compertum habere credo. Hoc loco pro לֵב adhibitum. לקול in voce h. e. dum loqui velim. — Exprimit triſſimi animi ſenſus.

רקב jam per ſe non veriſimile videri poteſt, hanc vocem eſſe genuinam, propterea quod non eſt triſtitiae, ut ipſâ corpus putredine afficiatur. Quodſi autem non modo LXX. Targum, Syrus et Arabs legerunt רגז, ſed etiam codex Regiomontanus poſterior in margine iſtud ipſum רגז habet, *) gravem eſſe

*) Vid. Commentatio critica ſiſtens duorum Codicum Mſptorum Bibl. Hebraea con-

Digitized by Google

eſſe rationem arbitror, cur haec lectio pro genuina habenda, vulgarique ſit anteponenda. Hac lectione recepta ſenſus eſt perſpicuus: „horror me capit„ תחת h. l. eſt inferior pars humani corporis, ut pedes etc. Quod ſequitur אשׁר eſt vocula jungendi h. l. idem fere ac כי, in verſione aut prorſus non, aut per *jam* reddenda.

אנוח longe multumque quidem hac de voce apud interpretes diſputatum legimus, ſed omnia fere prorſus vana et irrita. Vox ipſa, ut conſtat, denotat *quieſcere*, deſinere de quadam re acta. Jam vero ſi in mentem revocamus, vatem ſeſe ſupra cum ſpeculatore comparaſſe; ad quam rem, quaeſo, aptius referendum hoc, quam ad officium ſpeculatorium, quicum Propheticum ſuum munus comparavit vates, a quo jam abſtinendum ſibi eſſe innuit ipſe. Rationem jam addit. ל praefixum bis nempe per *propter* intelligendum, atque idem

continentium —— notitiam —— auctore D. *Lilienthal*, *p.* 363.

V. 17. Phantaſia vatis noſtri vehementer agitata ipſum jam eo rapit, ut *triſtiſſimam* almae ſuae patriae conditionem a Chaldaeis jam jam imminentem depingat. Particula כי in initio commatis nullam habens definitam h. l. notionem fere abundat. Verba in hoc commate fere omnia ſunt plana ac perſpicua. כחש quaſi promiſſis ſuis non ſtat h. e. hominum exſpectationi non reſpondet, quoniam hoſtes, pro more illius inhumanioris aetatis, omnia devaſtantes arbores exſcindunt. Similis dicendi ratio eſt Hoſ. 9, 2. מעשה ſimiliter haec vox de proventu terrae Gen. 1, 11. 12.

שדמות poſſet quidem haec vox de vineis admitti, ſi ad exempla hujus notionis 2 Reg. 23, 4. Jer. 31, 40. reſpicimus. Sed cum in priori membro de defectu fructuum vitis jam queſtus ſit vates, magis contextui convenire mihi videtur, ſi h. l. iſtam vocem de agris in quibus alia frumentorum genera feruntur intelligimus.

Digitized by Google

V. 17. Phantaſia vatis noſtri vehementer agitata ipſum jam eo rapit, ut *triſtiſſimam* almae ſuae patriae conditionem a Chaldaeis jam jam imminentem depingat. Particula כי in initio commatis nullam habens definitam h. l. notionem fere abundat. Verba in hoc commate fere omnia ſunt plana ac perſpicua. כחש quaſi promiſſis ſuis non ſtat h. e. hominum exſpectationi non reſpondet, quoniam hoſtes, pro more illius inhumanioris aetatis, omnia devaſtantes arbores exſcindunt. Similis dicendi ratio eſt Hoſ. 9, 2. מעשה ſimiliter haec vox de proventu terrae Gen. 1, 11. 12.

שדמות poſſet quidem haec vox de vineis admitti, ſi ad exempla hujus notionis 2 Reg. 23, 4. Jer. 31, 40. reſpicimus. Sed cum in priori membro de defectu fructuum vitis jam queſtus ſit vates, magis contextui convenire mihi videtur, ſi h. l. iſtam vocem de agris in quibus alia frumentorum genera feruntur intelligimus.

Digitized by Google

גזר apud Hebraeos de *exſcindendo*, *de vorando* quidem conſtat. Confer. Jeſ. 9, 20. Cum autem Arabum جزر, quod cum noſtro verbo eſt unum idemque, etiam notiones *caedendi*, *jugulandi*, *mactandi* habeat, haeque magis ad rem quadrent, ipſae videntur anteponendae. ברפתים ad praeſepia.

Ita enim LXX. εν φατναις, quibuscum convenit et Hieronymus. Apud Arabes radix eſt رفت fregit, comminuit, inde رُفَتٌ ſtramen, a quo veriſimiliter id eſt appellatum, in quo eſt ſtramen, aut quodcunque aliud armentis objicitur pabulum.

Vocibus difficilioribus hujus commatis ita expeditis, ſenſus omnis deſcriptionis cum jam per ſe pateat, progredior ad Hymni poſtrema.

19. Id modo h. l. videtur admonendum, Poëtam, ex oraculo (c. 3.) poſtremum accepto, ſpe futurae redeun-

tis

tis ſalutis nomine nationis ſuae animum ſuum exigere. Ceterum verba nihil habent difficultatis.

18. Confer. Deuter. 32, 13. et Pſ. 18, 34. ubi eadem fere verba exſtant, ex quo (quod obiter moneo) etiam apparet, noſtram poëtam *Habacucum* carminum antiquiorum decantatorum auditu, fortaſſis et lectu egregie fuiſſe imbutum. Senſus eſt: „Equidem Judaea gens (cujus interpres h. l. eſt vates noſter) in his calamitatibus mihi imminentibus non prorſus deſpero, imo quam maxime ſpero, fore, ut Deus res meas ita moderetur, ut tanta hilaritate ac vigore tandem almae patriae juga aſcendam, quanta imbutas videmus cervas, ſi, partu gravi feliciter peracto, pullis comitantibus ad altiores regiones tendere ſolent.„

Ad ultima duo verba tandem progreſſi ſumus. Poſterior vox eſt a rad. נגן fidibus canere, muſicis omnino inſtrumentis uti, et ſimpliciter *canere*.

 Nam

Digitized by Google

ſis confirmabitur. ל affirmativum pro nota tertii caſus habeo. Senſus hujus Epigraphes eſt: „Magiſtro Muſices,“ et nil aliud indicare videtur, niſi quod Hymni exemplar quoddam pro Chorago eſt exaratum eique ita traditum, ut Hymni ipſius decantationem inſtituere valeret.

Hymne

Habakuks des Propheten.

Im Klagetone.

2.) Jehova! vernommen hab' ich deine
Enthüllungen : : : ſtaunend!
Jehova! dein Walten : : : binnen
der Verhängniszeit vollführ's;
Binnen der Verhängniszeit ruchtbar's;
Innigſt erbarmend denk das.

ſis confirmabitur. ל affirmativum pro nota tertii caſus habeo. Senſus hujus Epigraphes eſt: „Magiſtro Muſices,„ et nil aliud indicare videtur, niſi quod Hymni exemplar quoddam pro Chorago eſt exaratum eique ita traditum, ut Hymni ipſius decantationem inſtituere valeret.

Hymne

Habakuks des Propheten.

Im Klagetone.

2.) Jehova! vernommen hab' ich deine
Enthüllungen ... ſtau=
nend!
Jehova! dein Walten ... binnen
der Verhängniszeit voll=
führ's;
Binnen der Verhängniszeit ruchtbar's;
Innigſt erbarmend denk das.

Digitized by Google

7.) Voll Zagens erblik ich die Zelte Kuſchans,
Schaudrigt die Gezelte der Gegenden Midians!

8.) Gegen die Ströme = = =
Entrüſtet ſich nicht, Jehova!
Gegen die Ströme = = =
Nicht dein Machthauch?
Gegen die Gewäſſer = = =
Nicht dein Strafodem? ——

* * *

Einher zeuchſt du mit deinen Roſſen,
Deinem Donnergeſpann in Allweite

9.) Mit Wolkenbruch ſchwächend deinen Regenbogen,
Die Gewähr, die niederſenkt die Verheiſſung:
Fluthen entſtürzen der Erde.

7.) Voll Zagens erblik ich die Zelte Kuſchans,
Schaudrigt die Gezelte der Gegenden Midians!

8.) Gegen die Ströme = = =
Entrüſtet ſich nicht, Jehova!
Gegen die Ströme = = =
Nicht dein Machthauch?
Gegen die Gewäſſer = = =
Nicht dein Strafodem? —

* *
*

Einher zeuchſt du mit deinen Roſſen,
Deinem Donnergeſpann in Allweite

9.) Mit Wolkenbruch ſchwächend deinen Regenbogen,
Die Gewähr, die niederſenkt die Verheiſſung:
Fluthen entſtürzen der Erde.

Digitized by Google

14.) Zerhauſt mit ihren Stäben
Ihrer Fürſten Haupt; = = =
Ungeſtüm ſcheuchen ſie mich,
Fröhlig, ſchier freſſend
Den Elenden, in Leuenhöhlen = = =

15.) Trabſt ins Meer, mit deinen Donnerroſſen,
Die ſchlamſchäumende Waſſerfülle!

* * *

16.) Vernommen hab ichs bebendes Herzens;
Laute entzittern den Lippen;
Es fährt Schaudern durch meine Glieder;
Meine Ferſen beben.
Nun raſt' ich:
Da der Drangſalstag!
Da der Einbruch des Volks,
Das verheeret uns.

14.) Zerhauſt mit ihren Stäben
Ihrer Fürſten Haupt; ≈ ≈ ≈
Ungeſtüm ſcheuchen ſie mich,
Fröhlig, ſchier freſſend
Den Elenden, in Leuenhöhlen ≈ ≈ ≈

15.) Trabſt ins Meer, mit deinen Donnerroſſen,
Die ſchlamſchäumende Waſſerfülle!

* * *

16.) Vernommen hab ichs bebendes Herzens;
Laute entzittern den Lippen;
Es fährt Schaudern durch meine Glieder;
Meine Ferſen beben.
Nun raſt' ich:
Da der Drangſalstag!
Da der Einbruch des Volks,
Das verheeret uns.

17.)

17.) Ach! Kein Feigenbaum ſproßt;
Keine Frucht des Weinſtoks!
Es täuſcht das Olivengewächs!
Die Ackergefilde liefern keine Speiſen!
Gewürgt wird der Hürde Schaaf;
Kein Rind iſt an den Krippen.

* * *

18.) Dennoch Jehova's freu ich mich,
Jauchz' über Gott meinen Schirmer einſt!

19.) Jehova, mein Gott iſt Stärke mir,
Macht meinen Fuß hirſchenſchnell;
Auf meine Höhen führt er mich.

(Dem Meiſter der Tonkunſt.)

Digitized by Google

p. 56. lin. ultim. leg. ר pro ד.
- 57. - 2. - ר pro ד.
- 57. - 8. - τὸ.
- 59. - 4. 9. et 14. leg. ר pro ד.
- 66. - 3. leg. caſus.
- - - 18. - mihi ante oculos obverſatur.
- 71. lin. ultim. leg. denk des.
- 72. - 7. leg. entſprühn.
- 73. - 13. pro ſchwächend leg. ſchmähend.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

image
not
available